



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ  
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii [u.a.], 1765**

Titulus XXIX. De Juramentis Quibusdam In Specie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

possibilia; quod, licet generale sit, tamen ea, quæ speciale mentionem requirunt, non comprehendat; quod subintelligatur conditio, *rebus sic stantibus*; quod conditionale non obliget, si altera pars conditionem juramenti non servat 100.). De Crimine & Pœna perjurii dicetur infra Sect. II.

## TITULUS XXIX. DE JURAMENTIS VARIIS IN SPECIE.

*Conf. Lib. II. Decretal. Tit. 7. In Sexta.*

*Tit. 4. item Lib. V. Decretal.*

*Tit. 34.*

**§. 376.**

**D**e Divisione Juramenti in varias *Jura-*  
*species*, ejusque obligatione di- *mentum*  
*Etum est Titulo superiori: nunc bre-* *Extraju-*  
*viter agendum de quibusdam usu fre-* *diciale*  
*quentioribus Juramentis; primum de*  
*Extrajudicialibus, dein de Judiciali-*  
*bus.*

**§. 377.** Maximi nominis & usus est *Vasalli*  
*Juramentum Clientelare*, quo *Vasalli de Feudo*  
*Domi- investiti*:

---

100.) Vid. De Jur. Rer. Eccl. Sect. IV.

§. 228, ubi de Contractu conditionato.

476 Sect. I. Tit. XXIX.

Domino directo se obstringunt ad fidelitatem, quando investiuntur Feudo 1.). Remitti hoc Juramentum potest, & frequenter solet, manente tamen obligatione fidelitatis 2.). Vocatur etiam *Homagium*, vel rectius *Hominium*, quia Vasallus promissa hac fidelitate fit *Homo*, id est, Cliens Domini directi. Præstari hoc Juramentum etiam a Superiore debet inferiori, a quo Feudum obtinet; ab universitate privato; ab iis etiam, qui de Feudo antiquo investiuntur, etiamsi modicum sit; cum enim Juramentum Vasalli sit personale, ligare non potest animas successorum. In Feudis Imperii Tutores & Curatores Vasallorum minorum præstant Juramentum Fidelitatis: ipsi autem Vasalli, Majores effecti ad nullam renovationem Juramenti, vel Investituræ tenentur, quamvis ex Juramento & Feudi receptione Tutorum vel Curatorum æque teneantur, ac si ipsi jurarent, & Feudum accepissent: sicuti etiam

---

1.) De Jur. Rer. Eccl. Sect. 4. §. 429.  
2.) C. 14. de Jurejur. Materia hujus Juramenti continetur in Lib. II. Feud. tit. 6. de forma fidelit.

tiam Vasalli in majore ætate constitu-  
ti, non tenentur ab Imperatore recens  
electo petere Investituras, jam ob-  
tentam a Vicariis Imperii 3.). Jura-  
mentum insolitis terminis conceptum  
exigere Dominus a Vasallo non potest:  
si factum id sit, præsumitur metu ex-  
tortum.

§. 378. Episcopi Germaniæ, ante-*Episcoporum*  
quam adeant administrationem Epi-*rum Germanie.*  
scopatus, varia Juramenta præstare manie.  
solent: in primis de servandis Capitu-  
lationum articulis, contra quos jam  
olim Principes Germaniæ Anno 1522.  
& 1523. in Comitiis Norimbergensi-  
bus gravamen detulerunt ad Nuntium  
Apostolicum 4.); & Juramenta an-  
nullavit Innocentius XII. si per ejus-  
modi Capitulationes restringatur po-  
testas Episcoporum, vel queratur u-  
tilitas Canonicorum, nisi Articuli illi  
quoad Regimen Ecclesiasticum sint  
confirmati a Pontifice, vel ab Impera-  
tore

---

3.) Capitulatio hodierna FRANCISCI Im-  
peratoris, & JOSEPHI II. Regis Roman.  
Art. II. §. 5. 6. & 7.

4.) Continetur istud inter 100. Gravamina  
cap. 65. apud GOLDAST. Const. Imper.  
part. 2. fol. 54. seq.

tore quoad Regimen seculare 5.). Multi etiam Episcopi Germaniae ad initium Regiminis, vel primi ingressus sui Juramentum praestare solent Statibus Provinciae suae, vel Urbis Episcopalis civibus, more aliorum quorundam Principum secularium 6.). De Professione Fidei edenda ab Episcopis, morem antiquissimum refert PETRUS DE MARCA 7.). De Juramento autem in Concilii Tridentini Decreta adjicendo, habemus Constitutionem PII IV. Pontificis. Fridericus Comes a Wied Elector Coloniensis potius abdicare voluit Archiepiscopatum Anno 1567. quam ut ad Professionem jura-

tam

5.) Dictum jam aliquid de Hierarch. Eccl. §. 215. *Fadum & Gus* Juramenti Episcopalis in Causa Herbipolensi, inseritur a LUNIGIO selectis Scriptis Illustr. fol. 450. seqq. Mentio talis juramenti fit C. 2. VIII. q. 3.

6.) Vid. BUDERUS de Juram. Princip. Eccl. a fol. 17. De Juramento Electorum Ecclesiasticorum ante Electionem Regis Romanorum videatur Aurea Bulla Cap. 2. §. 3.

7.) De Concord. Sac. & Imper. lib. 6. c. 2. §. 13.

eam se compelli passus sit 8.). Olim etiam Episcopi juramentum scripto praestabant Archiepiscopis suis 9.). Nova formula se Romanæ Sedi obstrinxit S. BONIFACIUS 10.), quando a Gregorio II. in Episcopum ordinatus, hoc ipsum Bonifacii nomen accepit, WINIFRIDUS antea dictus; & ut alii Archiepiscopi in receptione Pallii se obstringerent, in Synodo persuasit 11.). GREGORIUS VII. in hujus Juramenti

---

8.) Vid. LADERCHIUS Annal. Eccl. ad ann. 1567. n. 206. seqq.

9.) De hac re agitur in C. 3. de Major. & obed. quod explicat PETRUS DE MARCA loc. cit.

10.) Inter Epistolas Bonifac. post Num. 117. SERARIUS Mogunt. rerum lib. 3. C. 19.

11.) Vid. BONIFACII Epist. 105. ad Cudbertum. BUDERUS de Juram. Princ. Eccl. §. 20. inepte scribit, S. Bonifacium agnovisse, se imprudenter jurasse, graveque illud Sacramentum se exacte servare non posse. Desumit id ex Epist. 3. in Collectione Serarii, ubi Bonifacius consulit Danielem Episcopum, quid sibi faciendum. quando ad promovendam animarum salutem, Aulam Regis adire necesse est, ubi pravos & incorrigibiles Sacerdotes vitare corpore tenus non poterit, cum tamen se ejusmodi ho-

xamenti formula apertam addidit men-  
tionem *Fidelitatis* 12.). quam forma-  
lam ab Archiepiscopis usurpandam  
confirmat PASCHAL. II. 13.). Recentiorum  
cum ab Episcopis in Consecratione,  
tum ab Archiepiscopis in Receptione  
Pallii recitandam edidit CLEMENS VIII.  
insertam Pontificali Romano 14.).  
Singulares quasdam clausulas addit  
INNOCENTIUS III. pro Archiepiscopo  
Bulgariæ 15.). Doctores Sedi Apo-  
stolicæ minus faventes hæc Juramen-  
ta Pontifici ab Episcopis Germanicæ  
præstanta, calumniantur tanquam im-  
pia, libertati Principum Germanicæ  
animica, & Juribus Imperatoris ad-  
versantia: quam malevola hæc sit cri-  
sis,

---

mines vitaturum jurato promisisset. E-  
tiam Apostolus Paulus aliquos devitari  
præcipit: si quis igitur pro casu particu-  
lari dubitat, an & quomodo hæc evita-  
tio fieri debeat; an propterea censem-  
dus est agnoscere, quod imprudenter do-  
ctrinam Apostoli sequi profiteatur?

12.) C. 4. de Jurejur.

13.) C. 4. de Elect. Vid. FLORENS ad Lib.  
I. Decretal. tit. 8.

14.) Sub Titulo de Consecrat. Elesti in  
Episcop. & in Hierarch. Eccl. §. 254.

15.) In Gestis INNOCENTII III. §. 77. ex  
Edit. Baluzii.

sis, abunde patet, si consideremus E-  
piscoporum nostrorum in Feudi &  
Regalium Investitura, Imperatori &  
Imperio præstandum Juramentum,  
quod illæso Juramento, quo Pontifi-  
cibus se obstringunt, æque inviolate  
observant, ac alii Principes Laici, vel  
Acatholici Episcoporum nomen geren-  
tes.

S. 379. Multæ quæstiones & con-  
troversiae excitantur a Doctoribus de *De Jura-*  
*Juramento Promissorio contractibus mēto*  
firmandis adjecto: cuius natura probe *contrā-*  
intelligenda est. Quidam Author re- *tibus ad-*  
centior videtur Juramentum promis- *jetō*  
sorium ita explicare: sicut *Deus fidelis*  
est, ita fideliter implebo, quod promitto.  
Sed nequaquam hic est sensus Jura-  
menti promissorii: nam hæc formu-  
la non est invocatio Dei aut rei Divi-  
næ in testimonium adductæ, prout  
Juramentum ibidem definitur; sicuti  
etiam non esset Juramentum, si quis  
diceret, sermo meus tam verus est,  
sicut verum est Verbum Dei. Talis e-  
nim formula continet comparationem  
cum Deo, vel perfectionibus Divinis,  
quæ posset esse impia, si quis fidelita-  
tem vel veracitatem suam perfecte

H h

com-

*De Judiciis.*

comparare velit cum Divina; non tamen continet adjurationem Dei, seu invocationem Divini Nominis in testimonium, consequenter non est Juramentum. Natura igitur Juramenti promissorii consistit in eo, quod Deum tanquam summe veracem invocem in testem, non tantum præsentis & serui mei animi, sed etiam secuturæ suo tempore executionis promissi mei.

**Duae Regulae.** S. 380. De hoc Juramento duas regulas tradit Jus Canonicum. Juxta primam 16.) Non est obligatorium contra bonos mores præstitum Juramentum. Altera vult, omne Juramentum servandum esse, quod non vergit in æternæ salutis dispendium, nec redundat in alterius detrimentum 17.). Cum igitur Juramenti obligationem metiamur ex actu, cui adjicitur, potest considerari I. Actus contra bonos mores. II. Actus cui Jura simpliciter non assistunt. III. Actus invalidus in odium creditoris. IV. Actus invalidus in favorem jurantis. V. Actus nullus ex defectu formæ substantialis. VI. Actus reprobatus ratione rei, de qua sit. VII. Actus

---

16.) In C. 58. de R. J. in 6.

17.) C. 28. de Jurejur. C. 2. de pact. in 6.

dns simulatus. De singulis apponi-  
mus exemplum.

§. 381 Prior regula I. intelligit bonos Jura-  
nos mores in sensu Theologico tales, mentum  
contra quos agi non potest absque adjectum  
peccato, quando scilicet actus turpi-actui  
rudinem in se continet, vel princi- contra  
paliter est prohibitus ob publicam utilitatem. Nam de Jure Civili saepe di-  
mores: citur aliquid esse contra bonos mores,  
id est, contra aliquam politicam ra-  
tionem, ubi tamen non intercedit  
periculum peccati, & prohibitio nec  
naturalem, nec perpetuam rationem  
habet: unde Jus Canonicum tali pro-  
hibitioni Legis Civilis praefert obliga-  
tionem Religionis, quæ continetur  
in Juramento. Exemplum Juramenti  
contra Mores Theologice bonos, &  
vicissim contra Mores Juridice bonos  
dari solet, quod adjicitur pacto filiæ,  
renuntiantis hereditati paternæ; &  
quod additur pacto de hereditate vi-  
ventis sine ejusdem voluntate & con-  
sensu. Prius illud pactum filiæ est  
quidem contra bonos Mores Legis Ci-  
vilis, & ab eadem Lege reprobatum;  
nihilominus non fovet peccatum, nec  
vergit in alterius detrimentum: igi-

Hh 2 tur

## 484 Sect. I. Tit. XXIX.

tur Jus Canonicum servari illud jubet, si juramento sit firmatum 18.), quale etiam est pactum de alienanis rebus dotalibus 19.); item promissio Minorennes, quod contra laxitionem nolit petere restitutionem in integrum: qui actus solummodo sunt prohibiti vel irriti in favorem privatorum, licet indirecte prohibitio redundet in bonum publicum. E contra pactum de hereditate viventis absque ejus consensu, prohibetur ex ratione naturali, quia inducit votum captandæ mortis, consequenter aliquam affert peccandi occasionem: istæ autem pactiones, quæ inducunt votum captandæ mortis, reprobantur non solum in Jure Civili, tanquam plenæ tristissimi & periculosi eventus 20.), sed etiam a Jure Canonico 21.). Putat quidem ZASIUS 22.), tam sinistra vota captandæ mortis, antiquis Romanis esse

re.

18.) Cit. C. 2. Jus Canonicum tamen non reprobatur tale pactum injuratum.

19.) C. 28. de Jurejur. C. 2. eod. in 6.

20.) L. fin. C. de pact. L. II. C. de Transact.

21.) C. 2. & 3. de Concess. præbend. in 6.

22.) Lib. a. Cons. i. n. 38.

relinquenda, apud Germanicam & quietatem parum cognita. Sed cum Leges & Canones nitantur ratione naturali, & perpetuam causam habente, ad omnes populos pertinere censentur, qui Legibus istis vivunt: consequenter Juramentum tali pacto adjecitum, non est obligatorium, utpote contra bonos mores in sensu Theologico tales præstatum. Idem dicendum de omni promissione actus turpis, cum tali Juramento desit necessaria comes Justitia: unde nec opus est absolutio ne a tali Juramento; quando autem ejusmodi jurantes absolvendi dicuntur a juramento 23.), intelligitur, declarandum esse, eos non obligari. Similiter non confirmantur actus ob favorem publicum prohibiti 24.): talis est actus, quo Clericus privilegio fori renuntiat.

§. 382. II. Actus, cui Lex non afficitur simpliciter, fieri tamen illum non *actui, cuè* prohibit, Juramento confirmatur, *Lex non* quia nullam turpitudinem continet, *afficit.* neque ex parte rei, neque ex parte jurantis, neque ex parte illius, cui

H h 3 fit

23.) C. 12. §. fin. de Jurejur.

24.) C. 12. de for. compet.

fit juramentum. Unde licet 25.) regulariter alteri stipulari nemo possit, efficax tamen erit talis stipulatio, si juramentum accedat.

*Adje-  
ctum a-  
Et ut in-  
valido in  
odium  
credito-  
ris.*

§. 383. III. Si actus est invalidus in odium Creditoris, cui fit juramentum, qualis est promissio usurarum, actus ipse quidem ex justitia non obligat, servandum tamen & Domino reddendum esse adjectum juramentum obligante religione dicitur 26.). Creditor autem restituere tenetur, quod absque jure accipiet. Similis fere dispositio in Jure Canonico 27.) habetur de eo, qui post jurata Sponsalia meditatur religiosum statum ingredi; nam tutius ei esse dicitur, religione juramenti servata, prius contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare. Hic modus satisfaciendi juramento non omnibus arridet: putant autem, Creditorem in ejusmodi casibus teneri remittere juramentum, vel absolutionem ab eo servando concedendam esse. Mihi videtur tale ne-

gotium

25.) Juxta L. 38. §. 17. ff. de Verb. ob-  
lig.

26.) C. 6. de Jurejur.

27.) C. 16. de Sponsal.

gotium habere fere eandem rationem, quam habent compensationes a jure approbatæ. Titius debet Cajo centum ex mutuo: Cajus debet Titio centum exemptione: utriusque jus & obligatio brevi manu extinguitur per compensationem. Simili fere modo Titius ex virtute Religionis tenetur dare usurario centum nummos: usurarius ex virtute Justitiae tenetur hos centum restituere Titio: utriusque obligatio videtur sublata brevi manu, si Titius agnosca & profitens suam obligationem, hos centum nummos retineat, quos mox deberet recipere ab usurario. Pariter quando Titius obligatur Deo completere jurata sponsalia, & vicissim Sponsa tenetur juxta Sacros Canones hanc obligationem remittere, absolutum ab obligatione juramenti se credere potest Titius, quia Deus non censetur obligare ad servandam obligationem, quam remittit Creditor.

§. 384. IV. Quando actus est prohibitus vel irritus in favorem jurantis, etum a-  
valebit juramentum de eo servando cui in-  
adjectum. Talia sunt Sacraenta pube- valido in  
rum super contractibus rerum suarum non favorem  
H h 4 re- jurantis.

retractandis 28.) : item Juramentum, quod fœmina adjicit fidejussioni ; item quod adjicitur donationi inter patrem & filium , inter maritum & uxorem. Applicari huc solet Regula Juris 29.) : *invito beneficium non datur*. Habet igitur juramentum vim renuntiationis , & cuilibet licet renuntiare juri suo absque detrimento alterius. Si autem factum in alterius præjudicium convertatur ; vel si omnino quis agere prohibeatur , prout alienare vel contrahere prohibetur prodigus , in ejusmodi actibus juramentum non subsistit.

*Adje-  
tum a-  
ctui in-  
valido ex  
defectu  
forme.*

§. 385. V. Si actus non valet ex defectu formæ substantialis a Legibus requisitæ , non valebit etiam juramentum pro confirmatione ejus actus adjectum : tales enim solennitates introductæ sunt pro utilitate publica , quæ juramento privatorum non potest reverti. Si tamen ejusmodi actus aliquo modo sustineri possit , valebit etiam juramentum meliori jure , quo valere poterit. Exempla quædam ponit

28.) Auth. Sacraenta puberum. C. 6.  
adversus vendit. C. 9. & 28. de Jure  
jur.

29.) L. 69. ff. de R. J.

nit BARTOLUS 30.). Sic qui jurat super testamento, in quo non est solennis numerus testium, perinde est, ac si diceret, si non valet jure testamenti, valeat jure Codicilli. Item in stipulatione pro forma requiruntur verba: hæc si defint, habebitur tamen pacto nudo, quod ex juramento acquirit valorem.

§. 386. VI. Si actus vel contractus *Adje-*  
reprobatur ratione rei, de qua fit, uti *cum a-*  
*de re sacra, de libero homine, & aliis, qui in-*  
*quæ non sunt in commercio humano, valido*  
non firmabitur juramento. Trans-*ratione*  
*actio de alimentis futuris absque au-*  
toritate Prætoris non valet: putant *vel simu-*  
tamen multi, eam per Juramentum *lato.*  
confirmari absque decreto Prætoris,  
quia juramentum facit, ut Juris Civi-  
lis rationes cesserent, quibus Religio  
præponenda est 31.). VII. Contractus  
simulatus juramento non confirmatur.  
Si tamen simulatio se teneat tantum  
ex parte unius contrahentis, istæ  
propriam simulationem & fraudem al-  
legare nequit.

H h 5

§. 387.

30.) In L, si quis pro eo. 56. ff. de fidei-  
jusser. & mandatorib.

31.) FAENIMÆUS Controvers. lib. 3. C.  
21.

*Actus in-  
validus  
juramen-  
to firma-  
tus*

S. 387. Ex dictis constat, multos actus & contractus confirmari adjecto Juramento: difficultas eo reducitur, an actus jure civili nullus, sed tamen juxta positas conclusiones juramento firmatus, ita reddatur validus, ut ipse contractus in linea Justitiae commutativæ valere censeatur, an vero solum Juramentum ex obligatione Religionis vñ gorem habeat. In multis locis separatur actus profanus a Juramento, & Judices seculares, nulla habita Juramenti ratione, decernunt de his actibus, prout eorum natura seorsim spectata exigit: Juramenti autem curam omnem relinquunt Pastoribus animarum. In his locis facile deciditur proposita quæstio. Nam si causa in Judicium trahatur, pro nullitate actus pronuntiabitur: si quem juramenti religio mordeat, pro tranquillanda conscientia mittetur ad Episcopum, vel Confessarium; in foro autem externo nulla actus obligatio agnosceret. Abstrahendo ab hac præxi quibusdam statutis innixa, de qua judicium nostrum interponere necesse non est, consideramus quæstionem juxta communes Leges Civiles & Canonicas.

S. 388.

§. 388. Id facile conceditur, ex Ju- *Obligat*  
rimento non derivari obligationem *ex Justi-*  
*justitiae erga hominem, quia juramen-*  
*tum erga solum DEum obligationem*  
*religionis continet. Nihilominus*  
*quia Imperator FRIDERICUS Sacramen-*  
*ta puberum super contractibus non*  
*retractandis sponte facta, inviolabili-*  
*ter custodiri imperat; & Imperator*  
*ALEXANDER non tantum perjurii, sed*  
*etiam perfidiæ se autorem futurum cre-*  
*debat, si adversus venditionem mi-*  
*noris juramento confirmatam, con-*  
*cessisset restitutionem 32.) ; insuper*  
*Jus Canonicum 33.) pactum Juramen-*  
*to firmatum servari imperat; ideo plu-*  
*rimi docent, ipsum etiam contractum*  
*seu pactum pro casu adjecti Juramen-*  
*ti servandum esse, consequenter ex*  
*obligatione Justitiae commutativæ, ex*  
*qua contractus seu pactum servari de-*  
*beret, si prohibitio vel irritatio non*  
*accederet. Ad istud asserendum com-*  
*modissima via mihi videtur, dicendo,*  
*Leges non intendere nullitatem actus*  
pro

---

32.) L. 1. & Auth. Sacra menta. C. si ad-  
vers. vendit.

33.) C. 2. de pact. in 6. C. 2. de Jure-  
jur. in 6.

pro casu adjecti juramenti. Cum enim Leges talem contractum servari velint, colligo, eum a Legibus non irritari pro circumstantiis, quando adjicitur Juramentum. Unde respondeatur, juramentum non adjicere obligationem justitiae contractui a Legibus irritato: sed potius actum talem non irritari a Legibus pro eo casu, quo juramentum intercedit, cum ipse Leges talem contractum servari velint. Ex quo principio etiam resolvitur dubium, an effectus Juramenti confirmatorii transeat ad haeres ejus, qui contraxit: quamvis enim vinculum Juramenti sit mere personale, ita ut haeres jurantis non sit perjurus, si contraveniat jurato contractui; nihilo minus quando contractus pro casu adjecti Juramenti habetur pro valido, ad istum observandum tenetur etiam haeres jurantis ex justitia.

*Jura-* §. 389. Hucusque de Juramento extrema *Ju-* trajudiciali actum est. In Judiciis & *dicia* decisione litium, plurimæ dantur occa*reli* siones ad exigenda Juramenta, ut *injicien* omnia summa fide & religione agan*de* tur. Unde quamvis extrajudicialia possint scripto fieri; Judicialia tamen debent

debent oretenus præstari, juxta formulas consuetas, citato Adversario ad videndum & audiendum jurare. Homines plebeji & indocti debent prius commoneri de gravitate hujus actus; formandumque est desuper Protocolum. Omitto Juramentum, quo obstringuntur Judices, Adseffores, aliique, quorum opera in Tribunalibus causæ agitantur 34.).

§. 390. Quamvis ex præstito Jura. *Juramento* præsumi possit bona fides Ju-*tum Per-*  
*dicis;* nihilo minus partes censem *sæ horrescen-*  
*pe se habere causam, ut suspectam tiae:*  
habeant bonam Judicis fidem, & hanc  
suam suspicionem confirmant jura-  
mento, quod vocatur *Juramentum per-*  
*borrescentiæ*, qua voce intelligitur a-  
ctus Judicialis, quo litigans Judicem  
sibi suspectum ita recusare potest, ut  
etiam nulla, neque allata neque pro-  
bata suspicionis causa, coram Judice  
Superiore juret, se valde timere, ne  
Judex æquam justitiam non sit admi-  
ni-

---

34.) Formulæ talium Juramentorum pre-  
Camera Imperiali continentur in Ordin.  
Cam. p. 1. tit. 57. seqq. & in Conc.  
Ord. Cam. p. 1. tit. 71. seqq. Aliam for-  
mulam præbet Justinianus Novell. 8.  
in fin.

nistraturus. Vocatur etiam *Ejeratio bene spei* ex horrore facta. Fundamentum videtur habere in Jure Canonico 35.), ubi perhorrescens locum, vel etiam potentiam sui Adversarii, fidem judici de hoc timore debet facere *sistem per proprium Juramentum*. FELTMANNUS in singulari tractatu de Juramento perhorrescentiae ostendit, ex Jure Canonico nequaquam probari perhorrescentiam Judicis solo juramento firmatam. Plures Dissertationes de hac re in utramque partem editæ sunt Anno 1759. Jus Bavanicum non videtur rejicere tale juramentum 36.). Si loquamur de perhorrescentia, qua excludimus Judicem, facile admitto, non haberi sufficiens fundamentum neque in Jure Civili, neque in Jure Canonico, cum Judex habeat præsumptionem pro se, nec facile recusari debeat, nisi exhibitis gravibus causis. Si praxis alicubi permittit, ut solo præstito juramento, absque alia causa expressa repudietur Judex, sequi possumus illam praxin, quæ tamen

in

35.) C. II. §. 1. de Rescript. in 6.

36.) Cod. Jur. Judic. C. I. §. 19. 20.  
Observat. ibid. §. 20.

in aliis tribunalibus autoritatem non habebit. Unde etiam assertiones Jurisperitorum de suis Provinciis loquentium, extendi non debent ad aliarum regionum tribunalia.

§. 391. Actori agere volenti obstat *Juramen-* re potest juramentum de non agendo *tum de* præstitum : de qua re supra dictum *non agen-* in priori Titulo : & habemus in Ger- *do :* mania Ordinationem Cameræ Impe- rialis 37. ) pro casu , quo Dominus suum subditum, aut Magistratus suum civem ob causas mere civiles incarce- ratum , non ante ex carcere dimittit, quam solenne juramentum de carcere non vindicando præstet, quæ obliga- tio jurata vocari solet *Urpheda* , qua ratione sëpe innocentibus via agendi occluditur. Cum autem hoc modo Juramentum fieret vinculum iniqui- tatis , provisum est , ut post causæ cognitionem , & petitam informatio- nem, concedatur relaxatio juramenti ad effectum agendi. Et hanc relaxa- tionem adeo privative sibi Judex se- cularis vendicat, ut pro tali casu Nun- torum Apostolicorum absolutiones a juramentis ad agendum in supremis Im-

---

37.) In Concept. p. 2. tit. 26.

Imperii Tribunalibus omnino non at-  
tendantur. Similiter absolvitur testis  
a Juramento, quo se non revelaturum  
secreta promisit.

*Juramen-* §. 392. Ut litigantes metu religio-  
*tum Ca-* nis a calumniando, id est, a malitia-  
*lumniæ* sis artibus & fraudibus absterreantur,  
inventum est *Juramentum Calumniæ*,  
quod post litis contestationem, coram  
Judice pro tribunali sedente a litigan-  
tibus præstandum est super causa bo-  
na fide suscepta, & deinceps prose-  
quenda. Est igitur partim assertio-  
rium de credulitate, quod credit se  
habere justam causam, partim pro-  
missorium de tota deinceps lite prose-  
quenda absque fraudibus, simulatio-  
nibus &c. 38.). Hoc juramentum Ca-  
lumniæ est generale, semel tantum  
præstandum super tota causa: si au-  
tem exigitur speciale super certo quo-  
dam articulo, vocari solet *Juramen-*  
*tum malitiæ*. Exigere Juramentum Ca-  
lumniæ possunt omnes, qui in Judi-  
cio,

38.) Capita hujus juramenti continentur  
his versiculis:

Illud juretur, quod lis sibi justa videtur:  
Et si quæretur, verum non inficietur:  
Nil promittetur, nec falsa probatio detur:  
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur,

cio sive suo, sive alieno nomine comparent, permittente tamen Judice, qui etiam potest præstationem hanc ex officio injungere. Præstant illud regulariter omnes litigantes, sive suo, sive alieno nomine, speciali mandato muniti, judicium suscipiant: excipiuntur Parentes, Patroni 39.), Domini, Vasalli & Pares Curiaz. Actor jurare renuens, ab instituta actione cadit: Reus vero pro confessu habetur; accedente tamen sententia declaratoria Judicis. Procurator ex officio Judicis datus, non est cogendus ad præstandum hoc Juramentum, quoad merita, vel justitiam seu injustitiam cause attinet: quoad alia hujus jumenti capita jurare cogitur. Procuratori Fisci hoc juramentum remitti-

l i tur,

---

39.) In Pandectis Florentinis, ex quibus nostræ vulgatæ editiones desumptæ sunt, scribitur neque Patrono, neque Parentibus remittitur. Sed melius corrigitur: aequo Patrono & Parentibus remittitur. Vid. Cujacius lib. 9. observ. c. 37. GOTTHOFRED. ad L. 34. §. 4. ff. de Jurejur. Huic correctioni favet Autor Basilicow. lib. 22. tit. 5. c. 32. ὅτι μη ομνυστι πατηρος η πατερων.

*De Judiciis.*

tur, cum ob dignitatem mandantis, tum quia calumniari non præsumitur, quem officii necessitas excusat. Idem dicitur de Statuum Consiliariis, quando defendunt causas Dominorum suorum ex officio 40.). Etiam Universitates & Collegia jurare coguntur, vel per Syndicum, vel per unum aut duos seniores, vel per eos, quos adversa pars nominaverit, qui jurent in suam & aliorum animam 41.).

*Quando  
præstari  
debeat?*

§. 393. Juramentum Calumniæ tacite remitti potest, illud non exigen-  
do: expresso pacto id fieri non po-  
test, quia calumniis via aperiretur.  
Judex tamen potest expresse remit-  
tere, & prohibere, si videat apertum  
periculum perjurii: Leges enim ut  
calumniis, sic etiam perjuriis nolunt  
viam aperire. Præstari hoc juramen-  
tum

- 
- 40.) Recess. Imp. Ann. 1654. §. 43.  
41.) DIO CASSIUS Hist. Rom. lib. 47 re-  
fert, Triumvirois juramento se alios-  
que obstrinxisse, omnes Cæsaris suæ  
prioris actiones se ratas habituros. fol.  
385. ad Ann. U. C. 712. dein ad Ann.  
785. sua omnes sponte, seorsim unus-  
quisque fidem dederunt, quasi eo me-  
lius præstito juramento, cum antea uno  
juramentum præeunte, reliqui assenti-  
sent. fol. 724.

tum non solet in causis criminalibus, olim etiam in causis spiritualibus 42.): hodie contrarium st. tuitur 43.). Episcopus juramentum hoc non debet præstare inconsulto Romano Pontifice; Clericus inconsulto Episcopo 44.). Exigi hoc juramentum etiam potest in Causa Appellationis, quamvis in prima Instantia fuerit juratum; quia est alius Judex, fiunt novæ probations, plerumque est alius Procurator. Effectus hujus Juramenti est, quod deinceps calumniæ suspicionem cessa-re faciat, donec evidenter de calum-nia pateat. Juxta nonnullos etiam jurans de calunnia, a refusione ex-pensarum liberatur 45.). Continet autem hoc Juramentum in se etiam Juramentum dandorum & responden-dorum, quod actor præstare nonnun-

I i 2                  quam

---

42.) C. 2. de Juramen. Calum.

43.) C. 1. §. fin. eod. in 6.

44.) C. 1. de Juram. Calum. Apud Ro-manos jurare Flaminem Dialem fas nun-quam erat. AUL. GELL. Noct. Attic. lib. 10. c. 15. quippe in rebus levioris moimenti absurdum est, ei non credere, cui res maximæ & sacræ creditæ sunt, ut ait PLUTARCHUS in Quæst. Roman.

45.) De hoc infra ad tit. de sent. §. 439,

quam debet de articulis bona fide pa-  
sitis, & Reus de Responsionibus bo-  
na fide dandis.

*Juramen-  
tum Te-  
stium.* §. 394. Alia Juramenti in Judicis  
frequentissimi species est, quod veri-  
tatis detegendæ causa testibus imponi-  
tur, cum injuratus testis nihil probet,  
etiam in causis Summariis. Praxis ta-  
men quarundam Provinciarum admit-  
tit, ut Personæ Illustres per scriptu-  
ram sub fide sua absque corporali Ju-  
ramento deponant, & depositionem  
sigillo & subscriptione sua munitam  
Judici transmittant. Consuetudo, ut  
Officiales sub Juramento, quo Princi-  
pi vel Universitati obstricti sunt, ad  
testimonium dicendum admittantur,  
non deberet tolerari, nisi sint Perso-  
næ Dignitatis præcipuæ, vel res ad  
ipsorum officium pertinentes: aliae-  
niam causæ non cadunt sub hoc jura-  
mento. Remitti hoc Juramentum, sal-  
tem in Causis Civilibus, potest a par-  
tibus, in quarum favorem introdu-  
ctum est: magnum enim discriminem in-  
tercedit inter Juramentum testium,  
& inter Juramentum Calumniarum, quod  
expresse remitti non potest: hoc enim  
ab ipsis litigantibus præstandum est

io.

in causa propria; Juramentum testium  
in aliena: dein petere remissionem Ju-  
ramenti calumnia est contra bonos  
mores & utilitatem publicam.

§. 395. Dicta Juramenta in Judicio *Juramen-*  
*ta* religionis injiciendæ causa exiguntur: *tum litis*  
alii litis & controversiæ decidendæ finiendæ  
causa adhibentur, dicunturque certa *causa*,  
litis definitio cum obtestatione Di-  
vini Nominis. Aliud est *Voluntarium*,  
aliud *Necessarium*. *Voluntarium*, quod  
etiam extra judicium fieri potest, hoc  
loco dicitur, quod in Judicio ex libera  
voluntate pars parti defert, Judice  
approbante: liberum enim Actori est,  
si vel probationibus destituatur, vel  
onus illorum subire nolit, fundamen-  
tum intentionis suæ, conscientiæ Rei  
committere. *Necessarium* dicitur, quod  
ob inopiam probationis, in rebus du-  
biis a Judice causa cognita defertur,  
necessario præstandum ab eo, cui de-  
latum est 46.).

I i 3

§. 396.

---

46.) *Maximum remedium expediendarum*  
*litium in usum venit jurisjurandi religio:*  
*qua vel ex pactione ipsorum litigatorum,*  
*vel ex autoritate Judicis deciduntur con-*  
*troversiae.* L. I. ff. de Jurejur.

*Volunta-* § 396. Voluntarium Juramentum  
*rium de-* deferre, id est, petere ab altera parte  
*fertur* juramentum, quo lis finiatur, possunt  
*Reo, licet omnes*, qui non prohibentur: pro-  
*Actor n̄* hibentur autem, qui rerum suarum  
*bil præ* administrationem non habent, sicuti  
*stiterit*: alibi dictum est de Transactione, cu-  
*jus species* est delatio juramenti Cui  
*per sententiam imposita* est proba-  
*tio, lapsu temporis, quo censetur*  
*consentire in sententiam, non potest*  
*amplius deferre juramentum, cum*  
*dicta sententia censeatur transisse in*  
*ren judicatam.* Econtra ei, qui ju-  
*ramentum detulit, permittitur re-*  
*gressus ad probationes, antequam al-*  
*ter juramentum præsttit, præsertim*  
*si probationes interim invenit, qui-*  
*bis antea destitutus fuerat 47.). Jux-*  
*ta communem regulam, actore non*  
*probante absolvitur reus, & si actor*  
*in probatione omnino defecerit, reus de-*  
*bet, et si nihil præstiterit, obtinere 48.).*  
*Nihilominus debere reum præstare ju-*  
*ramentum sibi delatum, etiamsi actor*  
*nihil probaverit, tenent multi; quia*  
*Leges universim statuunt, posse acto-*  
*rem reo deferre juramentum, nec di-*  
*stin-*

47.) MOLLERUS Semestral. lib. 3. c. 3.

48.) C. fin. §. 1. de Jurejur.

stinguunt inter actorem probantem aliquid, vel nihil probantem 49.) ; idque posse fieri in medio litis, vel in ipsa definitiva sententia, vel etiam in principio litis dicunt 50.), scilicet antequam aliquid probatum sit. Accedere videtur publica utilitas, ut actori liceat citissime finem liti imponere, causæ suæ victoriam collocando in fide & conscientia rei. Regula illa, quod actore non probante absolvendus sit reus, procedit, quando actor in se suscipit onus probandi per ordinarias probationes : si autem mox in principio litis per juramenti delationem reum constituit testem & judicem in causa propria, locum habet altera regula, Reum non jurantem damnari. Textus ex Jure Canonico allegari solitus loquitur de Juramento necessario, vel saltem de casu, ubi actor in probatione defecit, id est, non plene probavit: non pertinet proin ad præsentem quæstionem. Videtur itaque in praxi tenendum, actorem,

I i 4                etsi

---

49.) L. 25. §. 3. ff. de probation. L. 34.  
§. 6. & fin. item L. 38. ff. de Jurejur.  
L. 9. C. de reb. cred.

50.) L. 12. C. ibid.

etsi nihil præstiterit , posse Reo de-  
ferre juramentum.

*Quibus  
possit de-  
ferri ?*

§. 37. Quando hoc Juramentum defertur, simul communicanda est formula Juramenti & petenda declaratio partis intra terminum præfixum , an velit juramentum præstare aut referre , vel contra formulam juramenti excipere. Potest autem deferri omnibus , qui excepti non inveniuntur; excepti sunt , qui ob ætatem , vel alia ratione juramenti præstandi capaces non sunt , vel notitiam rei , de qua jurare debent , non habent. Unde factum alienum non debet probari per juramentum veritatis , sed per juramentum credulitatis : nec potest deferri juramentum hæredi de facto testatoris : si autem hæres de credulitate jurare jubeatur , præstare hoc juramentum compellitur , quamvis aliis probationibus uti malit , ex mente eorum , qui universim dicunt , eum , cui juramentum defertur , non esse admissendum ad probationem: nam qui juramentum defert , vult evitare vexationem litis , quæ intentio valde laudabilis est , & servit ad tranquillitatem Reipublicæ. Non est quidem

vitu-

vituperanda intentio illius, qui probare mavult, quæ affirmet, quam dubium cuiquam relinquere, an pejerarit 51.). nihilominus prior ratio, quæ finem litis intendit, videtur favorabilior Reipublicæ, quando eligitur Juramentum, quod a Legibus laudatur tanquam *maximum remedium expediendarum litium*. Quamvis pupillus parum aptus sit ad jurandum, nihilominus ejus jusjurandum deferente Adversario ratum habetur: sibi enim imputare debet Adversarius, qui pupillo illud detulit 52.). Sic etiam religio filii jurantis proderit patri: cuius tamen conditionem deteriorem reddere non potest filius referendo juramentum 53.). Porro est observandum, ut in quibus non permittitur exceptionem non numeratae pecuniae oppondere, in his nec jusjurandum offerre liceat 54.).

I i 5                    Si\*

---

51.) QUINTILIANUS Institut. lib. 5. C. 6. de Jurejur.

52.) L. 26. ff. de Jurejur. Quando in L. 34. §. 2. ibid. dicitur: *Pupillo non defertur jusjurandum*, id intelligitur de Pupillo invito.

53.) L. 24. ibid.

54.) L. 14. §. 3. C. de non numer. pecun.

Similiter voluntarium Juramentum non solet habere locum in criminalibus, & Causis Matrimonialibus, saltem ubi negatur matrimonium, item in feudalibus &c.

**Quando** §. 398. *Manifestæ turpitudinis & confessio-*  
*nus est, nolle nec jurare, nec jus-  
 cusari, vel randum referre 55.). Nihilominus con-  
 referri?* *Conditiones quædam exspectandæ sunt,*  
*quibus non præstitis, juramentum re-  
 cusari potest. In primis deferens ju-  
 ramentum, jurare debet, se non cal-  
 umniandi, aut Adversarium terrendi  
 animo juramentum deferre, sed bona  
 fide id facere, ut a lite discedatur 56.:*  
*& ab hoc juramento non excusantur  
 illi, qui alioquin excusati sunt a præ-  
 stando juramento calumniæ, quales  
 sunt Parentes, Patroni, Dominus feu-  
 di, Advocati Fiscales &c. Qui au-  
 tem refert juramentum, non tenetur  
 jurare de calumnia. Hæc relatio lo-  
 cum præcipue habet, si ex contractu,  
 vel quasi contractu agatur: non au-  
 tem, si agatur ex delicto, veluti fur-  
 ti, aut condicione furtiva, aut rerum*  
*amo-*

55.) L. 38. ff. de Jurejur.

56.) Resuscitavit Leo Imperator Novell.

99. antiquas Leges, scilicet L. 34.

§. 4. &amp; L. 37. ff. de Jurejur.

emotarum , cuius facti reus solus est, qui liquido jurare possit. Similiter referri non potest juramentum ei , qui veritatem ignorare censetur : in tali igitur casu juramentum nec recusari , nec referri potest. Extra hos casus juramentum , si extra judicium deferratur, impune recusari potest: in judicio delatum præstari debet aut referri. Si autem is , cui jusjurandum a parte in judicio delatum est , paratus sit jurare , ei tamen jusjurandum remittatur ; habebit actionem & exceptionem jurisjurandi perinde acsi vere jurasset §7. ). Præter remissionem juramenti , notanda etiam est ejusdem revocatio: delatum enim, sed nondum præstitum revocare potest actor , & alias probationes exhibere ; postea autem non licet iterum ad Sacramentum recurrere §8. ): referens autem juramentum non potest relationem revocare , & deferens non potest relatum recusare. Si quis acceptavit juramentum delatum, & ante illud præstitum moritur, mors supplet præstationem juramenti, nisi alia præsumptio-

---

57.) L. 9. §. 1. ff. ibid.

58.) L. II. C. de reb. cred.

sumptiones urgeant. An autem post mortem hæredes compelli possint ad juramentum credulitatis, potest pendere ex arbitrio Judicis, vel consuetudine Tribunalium.

*Eius effectus.* S. 399. Effectus Specialis hujus Juramenti est, quod litibus finem imponat, speciem transactionis contineat, majoremque habeat autoritatem, quam res judicata 59.). ob accendentem scilicet Religionis autoritatem, ita ut sententia ex juramento decisorio lata, retractari non possit ob instrumenta postea reperta: posset tamen jurans, per claras & abundantes probationes argui de perjurio. Unde si Actor juramentum detulit, hoc præstito, omnis actio extinguitur: & vicissim si reus juramentum detulit, actor illo præstito, ab omni alia probatione relevatur: nec parti, quæ juramentum intulit, datur provocationis remedium; cum nimis crudele esset, parti, quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quod Judex ejus petitionem fecutus est, superesse provocationem 60.). Exceptio Jurisjurandi impedit litis ingressum

---

59.) L. 2. & 25. ff. de Jurejur.

60.) L. 12. §. 3. C. de reb. cred.

gressum , & dicitur *litis finite* : *actio* autem ex Jurejurando est prætoria in personam , & dicitur *actio in factum* , quia queritur solummodo de *facto* , videlicet an juratum sit 61. ).

§. 400. Postquam vidimus de Jure- *Jura-*  
*jurando Voluntario* , nunc agendum de *mentum*  
*Judiciali Necessario* , quod inopia pro- *necessa-*  
*bationum in rebus dubiis a Judice cau- rium*  
sa cognita defertur 62. ) , si nempe  
aliquid semiplene est probatum. Ju-  
ramentum hoc non potest recusari ,  
nec referri , sed necessario est præstan-  
dum , habeturque loco probationis ,  
cujus defectum supplet ; unde voca-  
tur juramentum *suppletorium* , impo-  
nendumque est a Judice ex *officio* ,  
licet neutra pars petat. Dependet sæ-  
pe ex arbitrio *Judicis* , an *Actori* vel  
potius *Reo* Juramentum suppletorium  
sit deferendum , si uterque semiplenam  
probationem attulerit : determinatio  
fieri debet , *inspectis personarum* , & *ipsius*  
*causæ circumstantiis* 63. ) ; ut ille potius  
sup-

---

61.) §. 11. Inst. de Action. L. 5. §. 2. ff.  
de Jurejur.

62.) L. 31. ff. de Jurejur. L. 3. C. de Reb.  
cred.

63.) C. fin. §. fin. de Jurejur. & C. fin.  
de testib. in 6.

510 Sect. I. Tit. XXIX.

supplere defectum plenæ probationis  
juramento permittatur, pro quo me-  
lior stat præsumptio.

Cui fit de-  
feren-  
dam?

§. 401. Qui laborat infamia nota,  
ita ut facile pejeratus credi possit,  
non est admittendus ad juramentum  
suppletorium, licet admittatur ad ju-  
ramentum oneris, quale est juramen-  
tum calumniæ & fidelitatis, ad quod  
etiam admittitur excommunicatus.  
De jure communi, Judæo non esset  
deferendum Juramentum suppletori-  
um: deferri tamen solet in Camera  
Imperiali 64.). De spuriis dubitant  
aliqui ob adhærentem maculam; sed  
facile admitti possunt, modo honestam  
vitam ducant 65.). Si Actor & Reus  
omnino sint pares, Reo potius defe-  
rendum est juramentum, cum Actor  
instructus probationibus ad judicium  
venire debeat; favorabiliores autem  
sint partes Rei, & Leges in dubiis  
promptio-

---

64.) MVSING. Cent. 5. obs. 6. HART-  
MANNI pract. observ. tit. 24. de Juram.  
observ. 6.

65.) Pro eo, quod filius Sacerdotis dicitur,  
si ceteræ virtutes in eum convenient, non  
rejicimus, sed suffragantibus meritis con-  
mendo eum recipimus. C. 12. & 13. dist.  
56.

promptiores sint ad absolvendum, quam ad condemnandum. In Causis valde arduis, ex quibus jurans magnum commodum acquirit, in causis famosis, in criminalibus criminaliter actis, in matrimonialibus, ubi agitur contra valorem matrimonii, & universim, quando Lex requirit apertissimas ac plenas probationes, locum non habet Juramentum suppletorium, nisi forte istud cedatin utilitatem Rei, ad cuius absolutionem proniora sunt jura. Cum Judex tale Juramentum ex aequitate deferat, petente id litigatore, quando intentionem suam non plene probatam deprehendit, quod plerumque post conclusionem in causa clare apparet; ideo potest Juramentum deferri etiam post conclusionem in causa, instante litigatore & dicente, se quidem existimare, causam suam satis esse probatam: si tamen id praeter exspectationem suam Judici factum esse non videretur, in eum casum petere, sibi deferri juramentum necessarium. Effectus ejus est, ut Judex per sententiam Actore jurante reum condemnnet; jurante autem reo, hunc ipsum absolvat: quæ tamen

tamen sententia nunquam transit in rem judicatam, utpote lata ex probatione privilegiata, nempe ex proprio juramento & testimonio partis & quidem in causa propria. De hoc igitur Juramento loquitur Juris-Consultus 66.): *admonendi sumus, interdum etiam post jurandum exactum permitti Constitutionibus Principum, ex integro causam agere, si quis novi instrumenta se inventisse dicat, quibus nunc solis usurus sit. Quod hodie solet fieri per Restitutio-* nem in integrum. Huc revocatur *Ju-* ramentum Purgationis, de quo in Se-  
ctione II. redibit sermo.

*Jura-  
mentum  
in litem.*

S. 402. Post decisam causam locum s<sup>e</sup>pe adhuc habet *Juramentum in litem*, id est, quod re litigiosa non amplius existente, a Judice delatum, in ipsam litis, sive rei in Judicium deduct<sup>a</sup>, & ab Adversario non pr<sup>a</sup>stit<sup>a</sup>, estimati<sup>a</sup>onem ab Actore interponitur. Non nunquam autem est *Juramentum Affectionis*, quando res, quae probabilem recipit affectionem, dolo vel culpa lata non restituitur: nonnunquam *Juramentum Veritatis*, quando apud debitorem ex mora culpabili, aut alia culpa

---

66. 2 L. 25 ff. de Jurejur.

culpa non levi species perempta est, & creditor jurat, quanti res post moram communis aestimatione fuerit. Defertur hoc juramentum ei, qui est litis dominus, & suo nomine litem contestatus. Unde non defertur Procuratori, nec Pupillo impuberi: bene autem Matri, quæ hodiernis moribus sub certis conditionibus tutrix potest esse filiorum. Ex Persona Rei, requiritur dolus aut contumacia, rem non restituentis, vel non exhibentis: ex parte actoris supponitur jus, quod quilibet suæ rei pretium definire possit, cum nemo invitus rem suam alienare teneatur. Effectus jurisjrandi in litem est, quod per illud auctori permittatur, rem pro libitu suo estimare, si dolus vel lata culpa Adversarii intercedat. Si haec non arguatur, Judex litem estimat vero pretio. Antequam autem juramentum in litem veritatis exigatur, debet præcedere taxatio Judicis. Is, qui litis estimationem recepit, non potest amplius petere rem ipsam, ne simul habeat rem & pretium, quia res censetur vendita: de evictione tamen non

K k tenetur

*De Judiciis.*

tenetur ei, qui litis æstimationem præstare maluit, quam rem restituere. Pretium affectionis est pœnale: unde non transit ad hæredes accusati, nisi lis jam contestata fuerit vivente testatore, vel nisi ipsi hæredes in parolo vel culpa versentur.

*Jura-  
mentum  
Zeno-  
niænum.*

§. 403. Juramento in litem affinæ est Juramentum Zenonianum, ita dictum ab Imperatore ZENONE, qui 67.) de hoc Juramento statuit, ut postquam de violentia per alias probatores constiterit, damnum per violentiæ datum, si exacte quantitas probari non possit, taxetur a Judice pro personarum atque negotii qualitate, illudque juramento damnum passi manifestetur, non tamen ultra taxationem a Judice factam 68.). Huic oppositum est juramentum *Minorationis*, seu *Minutionis*, quo Reus damni a se violentia expulsiva aut ablativa dati

æsti-

67.) In L. 9. C. unde vi. ex qua desumptum est C. 7. x de his, quæ vi &c.

68.) D. Baro DE CRAMER Opusc. tom. 2. N. II. habet Differt. de Juramento in litem tam affectionis, quam veritatis. & N. 12. de Juramento in litem singularis intereste.

*De Juramentis in specie.* 515

estimationem, ab actore factam, minuit. Usitatum hoc juramentum est in Saxoniam, in aliis Provinciis incognitum 69.).

§. 404. De Juramentis tam in genere, quam in specie scribunt innumeri, in primis omnes Commentatores Juris Canonici & Civilis ad concordantes titulos. Dein JEREMIAS SETSER de Juramentis. SERAPHINUS DE SERAPHINIS de Privilegiis Juramentorum. JOAN. GUTIEREZ de Juramento Confirmatorio. VINCENTIUS CAROLIUS de Juramento litis decisorio STRYCKIUS de Cautelis Juramentorum, item MELETEMATA de Juramentis. LAUTERBACH Vol. 4. Disp. 143. THUMMIUS de Juramentis. Autores varii in Tractatum Tom. 4. Inter Theologos Morales commendatur summopere

*Autores  
de Jura-  
mentis.*

PAULUS LAYMANN lib. 4.

tract. 3.

K k 2      TI-

---

69.) D. WIDEBURGIUS Diff. Jurid. de Jurament. Minorationis.